



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

LXIV. Ludwig, Bischof von Brandenburg, schenkt dem Altar in der Marienkirche des Kalandes zu Zerbst Hebungen aus Pritzerbe und Cetzin, am 9. October 1341.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

LXIV. Ludwig, Bischof von Brandenburg, schenkt dem Altar in der Marienkirche des Kalands zu Herbst Gebungen aus Bitterbe und Gehin, am 9. October 1341.

In Nomine domini Amen. Cum non solum curam temporalem, verum eciam piam memoriam teneamur gerere animarum et diem futuri Iudicii crebis meditacionibus preuenire; Ea propter Nos ludewicus, dei gracia Brandenburgensis ecclesie Episcopus ad noticiam omnium fidelium nunc viuencium et futurorum deducimus per presentes, Quod de vnanimi consensu et bona voluntate tocius nostri capituli ob remedium anime nostre salubre, predecessorum et progenitorum nostrorum iugem memoriam, appropriauimus et presentibus appropriamus altari Capelle gloriose virginis marie In ecclesia Sancti Bartholomei apostoli in Cerwift fratrum Kalendarum Ibidem vnum chorum Siliginis in opido nostro Kotzin de vno manso, quem nunc colit quidam opidanus ibidem dictus grubbe, dandum annis singulis In festo Sancti martini confessoris, Quem famosi famuli Kracht et Tyle, fratres dicti de thümen, a nobis et nostra ecclesia in pheudo tenuerunt, Item duo talenta denariorum brandeburgencium de quibusdam areis sitis in opido nostro pritzzerwe, XV solidos eorundem denariorum de nauigio ibidem, quod nunc tenet ghereke Kemerere, et quinque solidos eorundem de duobus ghurgustis, que dicuntur were prope Ipsum opidum, Que nunc peyne went et quidam dictus Stoyzeker, opidani Ibidem, pro nunc possident, annis singulis in prescripto festo Beati martini persoluenda, Que eciam prouidi famuli zuleko, quondam nostrar aduocatus et Johannes lossse a nobis et nostra ecclesia In pheudo tenuerunt, Statuentes, vt, quicumque ipsum altare, postquam honorabilis vir dominus Sifridus, plebanus in Beltiz, nunc rector eiusdem, ab hac luce migrauerit, canonicè adeptus fuerit et ad id institutus, in anniuersario nostro duo talenta cum dimidio monete Brandenburgensis predicte per ecclesias infra scriptas et monasteria, videlicet Dominis, decanis in Kotzwick decem solidos, Canonicis in Cerwift totidem, Sanctimonialibus Ibidem totidem, In plotzek tantum Et in Segefer tantum Inter Ipsos canonicos et Sanctimonialibus fideliter distribuatur et die obitus nostri et anniuersarii predecessorum ac progenitorum nostrorum memoriam nostram et ipsorum deuote vigiliis et missis peragant deum pro nobis suppliciter exorando. Sane tamen Si ex caristia, gwerra, Incendio seu impedimento alio generali dicti redditus minorati fuerint, volumus vt secundum ratam reddituum perceptorum idem altarista, qui pro tempore fuerit, die anniuersarii nostri distributionem faciat nec ultra hoc ad amplius, per aliquem attingatur. In cuius donacionis claram euidentiam Sigillum nostrum vna cum sigillo Ipsius nostri capituli est appensum. Nos quoque Thidericus, prepositus, thidericus, prior, totumque capitulum ecclesie Brandenburgensis predicte ad requisicionem venerabilis in christo patris ac domini, domini ludewici, Episcopi nostri, et iugem prescriptorum memoriam presentem litteram Sigillo ipsius capituli mandauimus roborari. Datum et actum Brandeburch, Anno domini M^o CCC^o XLI^o, In die beati dionisii Episcopi et martiris ac sociorum eius.

Copiale No. 53 f. 7—9 im Königl. Prov.-Archiv zu Magdeburg.